

DE 108/23

50453

CONTROLLO

CONTROLLO



PAR 1231233 (IND.)
1571469 (Polo)

DONO SANVITALE

DAVID

IN SPELUNCA ENGADDI

ACTIO SACRA


PRO FILIABUS CHORI

S. LAZARI MENDICANTIIUM

MODOS FECIT

D. SIMEON MAJER

CHORI MAGISTER CELEBERRIMUS.



VENETIIS MDCCXCV.

SUPERIORUM PERMISSU.

INTERLOCUTORES.

DAVID.

D. Bianca Sacchetti.

SAUL REX ISRAEL.

D. Joanna Pavan.

MICHOL ejus Filia.

D. Catharina Contiero.

JONATHAS ejus Filius.

D. Luigia Caldarini.

ABNER Dux Regis.

D. Theresia Almerigo.

PHALTI Consiliarius Regis.

D. Maria Pavan.

CHORUS.

PARS

(III.)

PARS PRIOR.

SAUL, ABNER, inde CHORUS.

ABN. **A**H non ultra mi Rex: furori extremo
Ne sit locus in te. Pastor.....

SAUL Victorias
Superat Pastor meas. Israel ingratus
Regem quasi non curat,
Et Regis gloriam sui Pastor obscurat.

ABN. Populus levior vento.....

SAUL Audi o fidelis,
Ipsum audi clamantem,
Atque David, (o furor!) exaltantem.

CHORUS.

Voces festivæ sonent
In Colle, in Monte, in prato:
Davidi laudes donent
A quo renata est pax.

A 2. Hostes percussit mille
Saul decertando fortis.

A 2. Sed decem mille David
Terror iniquæ mortis.

A 3. Spargite vos puellæ
Antem victorem flores:
Date cantando honores,
Ipse lætitiæ est fax.

CHORUS.

Voces festivæ &c.

A 2

SAUL

sc. 108/43

(IV.)

SAUL Quidnam Sauli restat!
Raptum Diadema & Sceptrum a Pastore.

ABN. De te indigno a pavore
Mentem averte quæso.

SAUL Ecce decrevi.
David & gens ingrata disperdantur:
Nimis ipsi elewantur,
Nec patiar contumaces.

ABN. Crede....

SAUL Audisti?

Obedi & tace.

ABN. Sed....

SAUL Regi imperare,

Servis parere decet.

ABN. En parebit:

Regis mandata & Servus adimplebit.

(Adversi fremunt venti
Nauta ne solvas proram:
Auræ felicitis horam
Attende in portu sta.)

Audivi, o Rex superne,
Et tua mandata adoro.

(Cœlum in corde imploro,
Manum pastori da.)

Disperdam trucidabo

Ab ense fulminatos:

Præcipitabo ingratos,

Et cadent sine spe.

SAUL, MICHOŁ, JONATHAS.

SAUL. Simuletur, ne vana

Sit cogitatio mea.

JON.

(V.)

JON.

Pater....

MIC.

Ah chare

Genitor adorate....

SAUL. Lætitiæ inusitatæ

Cur motus filii mei?

JON.

David tryumphavit.

MIC. Caput ipse obtruncavit

Perfidi rei Gigantis.

SAUL.

Est unita

Vestræ lætitiæ mea.

JON.

Tryumphator redit.

MIC. (Ad sinum Sponsæ suæ Victor accedit.)

DAVID.

En Pastor humilis

Mi Rex ad te.

Numen Victoriæ

Palmam donavit;

Caput horribile

Vide ante te.

Sit nata præmium

Ut promisisti:

Michol amabilis....

Michol mea tenera....

Eam quærit anima

Ardens in me.

SAUL Regis veni ad amplexus: novi satis

Promissa, & vota: ad aulam

Quod decrevi de te notum patebit.

DAV. Ah si vera clementia

Est pro famulo in te, ne tardes quæso

Clementissime Rex; Amori meo

A 3

Cito

(VI.)

Cito solamen dona....

Cito....

SAUL Siste: corona
Erit victoriæ tuæ ... nimis accensum
Nimis ardet cor tuum multa habuisti
Tryumphator multa

DAV. Vox ista insueta....

SAUL Interim de sua gloria,
De plausu, de Victoria
Tryumphator gaudeat.

DAV. (Cœli somnior! qualis
Male abscondita rabies!)

SAUL Vadat ad aulam Michol:
Saullem Regem suum Pastor sequatur.
Ne timeat, justus est. Præmio donabit,
Davidem & honore ipse exaltabit.

Vade superbe o fortis
De tuo tryumpho & gloria:
Tu fortunatæ sortis
Numen tu certe ad me.

Sed Regem Israelis
Saullem puer adora:
Nec unquam infidelis
Subditus esto in te.

DAVID, MICHOL, JONATHAS.

DAV. Quid loquutus est Rex?

JON. Quid Pater meus
Explicare intellexit?

DAV. Quam obscura,
Quam arcana sua verba!
Et Michol nil misallo

Da-

(VII.)

Davidi dicit suo?

MIC. Dicam: te adoro.

JON. Soror ad aulam perge,
Pater expectat te.

MIC. Divisio amara!

DAV. Te sequar cito o chara:
Interdum tolle cor.

MIC. Vere me adoras?

DAV. Ah! quid quæris mea vita?
Est hæc anima mea tuo cordi unita.

MIC. Sponse mi....

DAV. Mea spes amata....

MIC. Veni, veni....

DAV. Per te vivo.

A 2

O lætitia o sors beata!
Mori volo oh Deus in te.
Ne volent momenta
Felicis affectus:
Ne turbent tormenta
Delitias in me.

DAVID, JONATHAS.

DAV. Ah Jonathas....

JON. Tu paves, sed inanis
Est timor tuus.

DAV. Audisti
Quid loquutus est Rex! cum credam (Cœli!)
Meam gloriam invidere?

JON. Esto securus;
Jonathas tecum est. Jonathas ille
Qui semper te dilexit.

A 4

DAV.

(VIII.)

DAV. Sed ad Aulam nunc vado. Ibi decisa
Tandem erit mea sors.

JON. Veni mi dulcis
Amabilis Amice. Anima mea
Est tibi agglutinata. Ultra non quaero
Ni tu diligas me. Fidelis ero.

Ah cor meum tu vide o chare
Dulci nodo catenatum:
Sors amica, & poenae amaræ
Tibi æquales æquæ in me.

Veni lætus ad contenta,
Perge o chare jubilando:
Ah ne vivas palpitando
In jucunda amica re.

R E G I S A U L A.

SAUL, ABNER, DAVID, MICHOI, JONATHAS.

SAUL Quales lacerant cor furie molestæ!
Pastor superbe pastor
Aut frontem Regi inclina,
Aut cadet super te summa ruina.

DAV. Ad pedes tuos mi Rex....

SAUL Surge & expone.

DAV. Gigantem vici, ut scis. Victor suum Regem
Prius humilis adorat,
Adimpleta promissa exinde implorat.

SAUL Qualia promissa mea?

DAV. Natam Victori Sponsam
Dabo dixisti.

SAUL Et nata
Sit Davidi victori hodie donata.

DAV. O superna clementia. O pastor felix!

O be-

(IX.)

O benefice Rex!

MIC. Dulcedo extrema!

DAV. En suspiratæ faces....

Veni Michol....

MIC. Cor meum....

SAUL

Sistite audaces.

DAV. & MIC. Quod fulmen super me!

SAUL

Michol Victori

Non promisi, sed dixi:

Filiam Victori dabo,

Et Merob filiam Davidi donabo.

DAV. Quid audio!.... quidnam dicis!....

Michol ne tollas.... deprecor.... exoro....

Michol solum adoro....

Ipsa delitia mea.... ipsa mea vita....

Aut Michol dona meo ferventi amori

Aut me videbis desperate mori.

MIC. (Ah non rego....)

SAUL

Superbe!

Satis non sunt pro te nuptiæ regales?

Merob....

DAV.

Merob recuso

Michol tantum anhelò;

Eam quaero, eam volo a genitore a Cœlo.

Tu spernis precantem,

Promissa mi negas!

Ah Michol amantem

Ne tollas a me.

Tryumphas dixisti,

Et vides victorem:

Sed laudis honorem

Recuso pro te.

At

(X.)

Ah Michol amantem

Ne tollas a me.

Misellus ad oves

En denuo redibo:

Sed felix adibo

Si Michol cum me.

Ah Michol amantem

Ne tollas a me.

SAUL Saul somniaris, aut vera intellexisti?

Tanta tu Rex audisti?

Nequem in vilem pastorem

Vertis adhuc justissimum furorem?

Regis fuge a conspectu.

JON.

Ah Pater quæso....

MIC. Ah Genitor ausculta....

ABN.

Rex superne....

DAV. Tu Justiciam decerne....

SAUL Et restas ultra! vade,

Aut quassaberis nunc funesta e clade.

MIC. Ah Genitor amate....

JON. Ah Pater adorate....

SAUL Non audio, abite a me.

JON. & ABN. Sed innocens....

SAUL

Ingrati!...

DAV. & MIC. Sed lacrymæ....

Saul

Crudelis!

DAV. Mi crede sum fidelis,

Sum miser, juro ad te.

SAUL Vade....

MIC.

Quæ sors!

DAV.

Oh deus!

JON.

(XI.)

JON. Senti....

SAUL

Non audio....

DAV.

Oh Cœli!

DAV. JON. MICHOL.

(In pœna tam crudeli

(Non regit cor in se.

A 4

(SAUL.

(De pœna sua crudeli

(Cor fremit intra se.

A 4

Umbra funesta & squalida

Doloris & terroris

Jam errat circum me.

A 5

Vos furia lacerate

Cor meum in tanto angore:

Barbare trucidate,

Ferite sine spe.

JON. & MIC. Animæ amanti oh qualis

Barbara injusta lex!

DAV. Non est meæ pœnæ æqualis

Ipsa tyranna nex.

SAUL O iniqua sors fatalis,

Miser tu vere o Rex!

A 5

Vos furia lacerate &c.

Explicit Pars Prior.

PARS

X XII. X

PARS ALTERA.

SAUL, MICHOI, ABNER.

SAUL.  Bite, vos non audio.
MIC. Ah pater quæso,
Si pietas est in te....
ABN. Mi Rex ausculta,
Dum lacrymas tu vides....
SAUL Magis me irritant fletus....
MIC. Et nunc tu decrevisti....
SAUL Persequi audacem.
ABN. Deus! & erit verum?
Ne vadas; primum senti....
SAUL Ultrâ non audio.
MIC. Me non vis solare?
Nec valent apud te lacrymæ amaræ?
Numen cœlestis numen
Loquere in corde patris; ad pietatem
Vocem exoro intendat:
Crudelem iram suam quæso suspendat.
Sponsum dona pater chare
Filix miseræ dolenti:
Ah pietatis vocem senti,
Et loquatur ipsa in te.
Fido unita in dulci amore
Dicam semper; sum beata.
Hora veni fortunata,
Veni vola o Sponse ad me.

SAUL

X XIII. X

SAUL (Illudar filiam. Magis mea vindicta
Erit hodie secura.)
ABN. O Rex! ni fallor
Minus te cerno iratum.
MIC. Quæso mihi placatum
Te ostende pater mi.
SAUL Filia dilecta,
Mi fidelis quid dicam!....
David ingratus fuit.... sed sua victoria....
(O tormentum pro me!) sed liberatus
Israel a dextra sua tantum potenti....
Tibi veniam quærenti....
Quasi....
MIC. Ah sequere voces
Dulcissimæ pietatis.
ABN. Vince iram tuam.
MIC. O pater desolata
Ad pedes tuos....
SAUL Surge; vicisti o nata.
Davidi veniam dono,
Et ipsum denuo in cor meo repono.
Ultra ne plora.... fletus tui pro amanti
Tenero patris corde oh quam crudeles!
Veni ad amplexus meos... veni... te clamo...
Vicit iram in me nata, quam amo.

Patri amanti amplexus dona
Dulcis nata o sola spes.
Tu mea gloria, tu corona
Quando patri amorem des.

(Ah

(XIV.)

(Ah cor meum tu juste iratum
Sine vultum mi turbare.)
Ne pavescas, sed solare,
Ne vacilles filia in te.
(Furiam sentio non resisto
Nimis barbara mea poena!)
Cor consola, cor serena
Vive o cara in læta spe.

MICHOŁ, & PHALTI.

MIC. O felix ego! Sponsus ubi? vadam,
Et ei læta nuntiabo
Phalti, ubi David?

PHAL. Nescio.

MIC. Eum quære, veniat

Statim ad me.

PHAL. Parebo.

Veniet Sponsus ad te. Tu gaude in pace
Sub fortunata cœli amica face.

Gaudete o Sponsi amantes
Numen serenum donat;
Et fidem jam coronat
Vera lætitia & pax.

MICHOŁ, JONATHAS, inde DAVID.

MIC. Respiro tandem.

JON. David ubi?...

MIC. Frater,

Mecum solare

JON.

(XV.)

JON. Tecum

Palpita potius.

DAV. Sponsa Amice ... Oh deus
Horrescitis! curnam!

JON. Miser amice! ...

MIC. Loquere frater

DAV. Eja a tanto angore
Vos tollite cor meum

JON. Miser! ...

MIC. Infelix!

DAV. Loquimini; quid hoc? vultis morientem?
Tacete.

JON. Horresce. Audi Victoris sortem:
Decrevit hodie Saul Davidis mortem.

DAV. Oh fulmen! Michol mea! ... Jonathas chare! ...
Ergo relinquam vos! ...

JON. Fuge ... ne tardes ...

MIC. Si me deseris morior

DAV. Ah quid agam?

Fatalissima Sors! lex inhumana!

Objecta amoris mei

Nunc dividor a vobis! dum discedo

Viscera lacerantur tremunt artus

Impius horror me invadit

Heu! super me fulmen stridendo cadit.

Sed quæ obscuritas! qualis

Noctem inter profundam

Funestissima lux sanguinolenta!

Quas imagines cerno! ...

David perditte fuge ... Sponsa ... Amice ...

Currite ... a furiis heu! sum laceratus ...

Spes

(XVI.)

Spes non restat pro me... sum desperatus.

Ah Sponsa ... curre ... horresce ...

Jonathas ... ah ... frigesce ...

Videte ... videte !...

Manus tremenda & horrida ...

Scribit aspersa sanguine ...

Notas oh quam terribiles ...

O visu miserabile!...

Non regit cor in se ...

MICH., & JON.

Solare o Sponse amabilis
amice

Vitam reserva ad me.

DAV.

Legam ... ah non... oh Deus!

Vadam ... sed postea?... oh sors!...

Ah!... quid... non fallor... Cœli!...

Lex scripta est mihi mors!

O Amice! o Sponsa! o miseri!

O fatum meum crudele!

Mi serba cor fidele

Cor meum repono in te.

▲ 3.

Oh quæ divisio amara

Dum curro longe a te!

MIC. Eum solum linquis frater!

JON. Ah non! sequar Amicum.

MIC. Veniam & ipsa.

JON.

Veni.

MIC.

Ah tu dolentis

Vota secunda oh Deus cordis trementis.

SPE-

(XVII.)

SPELUNCA ENGADDI.

DAVID & SEQUACES.

DAV. Ah quonam vado...

Miser oppressus...

Non regunt gressus...

Pavescit cor.

CHORUS. Taciti.. incerti..

Dubii... trementes..

Tibi servientes...

Sequimur te...

DAV. Ecce Caverna...

Intrate Amici.

CHORUS. Sed qualis strepitus!...

DAV. Est Rex cum milite...

CHORUS. Ah sumus proditi!...

DAV. Fidite in me...

CHORUS. Tibi servientes

Sequimur te.

SAUL Quo incertos verto gressus!... hic non spirat

Ni terribilis horror... heu crudeles

Sinite Furia me... David respirat...

Fugit David!... Oh sors!.. sed non evades

Regis ab ira semper... quis obumbrat

Somnus pupillas meas nimio e labore!..

Ah saltem pax quærat in sopore...

(Saul dormit.)

DAV. Hic manete Sodales...

Procedam ego... O Rex! sine Custode

Placide dormis, & qui credis hostem

Arbi-

(XVIII.)

Arbiter vitæ tuæ vigilat fortis
Ad defendendum te... Pater dilecte
Adorande mi Rex... ah cede cede
Injusto tuo furori.. Sponsam redde
Misero cordi amanti...
Et te verte placatum deprecanti.

O Rex amabilis

Ne vivant iræ:

Ah manum supplici

Placatus da.

Satis in miserum

Satis sævire:

Pater dulcissime

Tu mecum sta.

CHORUS. Ah quid restas... feri... occide...

DAY. O sacrilegi tacete...

CHORUS. Tuum si vivit necem vide...

DAY. Moriar ipse & vivat Rex.

CHORUS. (Obstupesco... & obmutescio...

(Memoranda tanta nex.

DAY. (Fecit ipse... non pavesco,

(Erit gloria tanta nex.

DAY. Sed quid tardo! Sciat Rex de fide mea:

Sciat pro facto quod ipse vigilavi

Suam ad vitam salvandam...

Sed quale factum erit?... Deus me inspirat.

Quid venit mihi in mentem!..

Suæ Vestis pars a me cito scindatur:

Inde cum harpa a somno ipse eripiat.

(scindit vestem Saulis: inde absconditus

cum Harpæ sonu eum eripit a somno.)

SAUL

(XIX.)

SAUL Quid audio!.. illudor ego!.. harpa! quam dulcis
Amabilis quam sonus!.. unde venit!..
Sed quidnam cerno!.. Vestis mea recisa?...
Audax ubi?... ubi reus?...

DVA. (Auxilium bone Deus.)

SAUL Custodes....

DAY. Custos ecce.

SAUL Impie tu!..

DAY. Fidem

O Rex agnosce meam.

SAUL Fides!

DAY. Sicut regalem

Tundavi vestem te non potuissem

Tradere morti, hostis si fuisset?

SAUL Tu rebellis in me.

DAY. Vitam Giganti

Immo exposui pro te.

SAUL Vade crudelis.

DAY. Ei ni parcas, non vadet tuus fidelis.

DAY. Ah quæso serenum

Cor monstra placatum:

Injustum venenum

In miserum natum:

Ni veniam mi donas

Me occide ante te.

SAUL Rebellis ah vade

Mi rapis Coronam:

Cum barbara clade

in Solio te ponam.

Te novi infidelem,

Te nolo ante me.

DAY.

(XX.)

DAV. Ah senti...

SAUL Non audio...

DAV. Sed lacrymæ...

SAUL Vanæ...

DAV. Sed preces...

SAUL Insanæ.

DAV. Oh fatum crudele

Me tollis a spe.

A 2.

SAUL Qui motus furoris!

DAV. Quæ voces amoris!

SAUL Insanio deliro...

DAV. Inclamo... suspiro...

A 2.

Quæ pugna funesta

Quæ barbara lex!

JON. Pater!

MIC. David.

JON. Oh Deus!

MIC. Sponsum si negas moriar.

SAUL (Videbo natos, populum dolentem!

Nonne Davidis fides mihi nota?

Ratio vincat.) Audite:

Placatus cedo; ad sinum meum venite.

C H O R U S.

O plena júbilo amica dies!

En redit placida dilecta quies:

Lætatur anima gaudendo in se.

F I N I S.

50453